Caput VIII. De Prædicamentis in genere.

De PRÆDICAMENT'S III. not.

- *I. Quid ſit?* R. PRÆDICAMENTUM eſt alicujus generis ſummi realis, & eorum quæ ſub ipſo ſunt naturalis diſpoſitio.
- *II. Quod ſint?* R. PRÆDICAMETA ſunt Decem,
  1. SUBSTANTIA, οὐσία. cap. 9.
  2. QUANTITAS, πόσον. cap. 10.
  3. QUALITAS, ποιόν. cap. 11.
  4. RELATIO, πρός τι cap. 12.
  5. ACTIO, τὸ ποιεῖν.
  6. Paſſio, τὸ πάσχειν.
  7. QUANDO, πότε.
  8. UBI, ποῦ.
  9. SITUS, κεῖσθαι.
  10. HABITUS, ἔχειν.

  (5.–10.) cap. 3.
- *III. Quot modis aliquid ponatur in prædicamento.* R.
  1. *Directè* Hic not,
     1. *Quænam directè ponantur in prædicamentis?* R. Summum genus, cum iis, de quibus prædicatur in quid nimirum ſubalternis, ſpeciebus ſpecialiſſimis, & individuis
     2. *Quot requirantur, ut aliquid directè ponatur in prædicamento?* R. Quinque ſcilicet, ut ſit.
        1. Terminus ſimplex. *Hinc rejiciuntur à prædicamentis orationes & voces complexæ quoad ſignificationem.*
        2. Ens reale h.e. quod re ipſa exiſtit vel ſaltem exiſtere poteſt. *Hinc excluduntur entia rationis.*
        3. Ens unum h. e. quod eſt unius naturæ. *Hinc excluduntur omnes termini ſignificantes compoſita per accidens, ut artefacta, quæ componuntur ex ſubſtantia & figura, quæ eſt accidens.*
        4. Ens completum. h. e. quod concurrit tanquam pars ad compoſitionem rei unius naturæ. *Hinc excluduntur partes.*
        5. Ens finitum *ut ſunt omnes creaturæ.*
  2. *Indirectè*, nempe differentiæ: quæ ad latus generum tantummodo conſtituuntur ad diviſionem faciendam.
  3. *Reductivè*, quæ nimirum aliquem reſpectum habent ad ea, quæ directè collocantur: *v. g. partes reducuntur ad prædicamentum, in quo eſt Totum.*